«Septimo ergo Vazq. disput 2, cap. 5, Basil. lib. 1, cap. 7 docent materiam in hoc Sacramento esse corpora contrahentium; consensus vero et eorum expressiones exteriores esse formam; quod indicat Adrianus in 4. q. 1, de matrimonio, et Covarruv. 2.p. cap. 1, § unico. Et merito: quia Sacramentum pro materiali adaequato, quod subest significationi sacramentali gratiae (pro quo in omnibus Sacramentis assignatur materia et forma) in nullo alio consistit quam in contractu ipso matrimonii; in hoc autem corpora contrahentium, et ipsorum corporum traditiones et acceptationes, utpote res, circa quas versatur pactio ipsa matrimonii, coalescens ex consensu et eius expressione, sunt materia; consensus vero et eius expressio exterior, utpote versantes circa corpora tamquam circa materiam *remotam*, et circa eorum traditionem et acceptationem tamquam circa materiam *proximam*, sunt forma, ut contingit in caeteris contractibus, in quibus res circa quas versantur, et de quibus fiunt, sunt materia circa quam, pactio vero ipsa, seu contractus ipse est forma, quamvis in eo tantum sensu, in quo aliquid dicitur forma, quia versatur circa materiam.

8. Unde sacramentum matrimonii pro materiali adaequato [...] intrinsece et essentialiter tantum constat mutuo contrahentium consensu, et mutuis signis exterioribus, quibus consensus mutuus exprimitur»<sup>50</sup>.

<sup>48</sup> *Ibid.*

<sup>49</sup> *Ibid.*

<sup>50</sup> GASPAR HURTADO, *Tractatus de Matrimonio*, Compluti 1627, pág. 122.

Martín Bonacina en su tratado *De magno matrimonii sacramento*, 1627, cuestión 2ª, punto 4º, prima propositio, escribe:

«1. Materia huius Sacramenti est traditio corporum ipsorum contrahentium, forma est acceptatio eorumdem expressa per verba vel signa. [...]

4. [...] cum autem in contractu matrimonii mutua traditio corporum sit quaedam inchoatio contractus, et aliquid imperfectum, acceptatio vero sit illius perfectio et complementum, sequitur mutua corporum traditionem esse materiam Sacramenti matrimonii, eo quod traditio corporis sit imperfecta et inefficax, donec acceptetur, ipsam vero acceptationem utriusque coniugis esse formam Sacramenti matrimonii, eo quod per acceptationem perficiatur matrimonium. [...]

Corpus esse materiam circa quam, non vero esse materiam proximam, ex qua conficitur contractus; nos autem hic loquimur de materia proxima, ex qua conficitur contractus»<sup>51</sup>.

Fernando de Castropalao, S.I., en la parte 5ª de su *Opus morale*, 1631, en el tratado 28, *De sponsalibus et matrimonio*, disputa 2ª, punto 3º, expone su sentencia:

«2. Quapropter est sexta sententia verior et probabilior asserens consensus utriusque contrahentis verbis seu signis expressos esse formam, tam in ratione contractus quam Sacramenti, traditionem vero et acceptationem corporum esse materiam proximam, remotam vero corpora, materiam inquam non ex qua contractus coalescat, sed circa quam contractus versatur, et qua ipse contractus perficiatur»<sup>52</sup>.

Juan de Lugo S.I., en sus *Disputationes scholasticae et morales*, 1626, tras discutir las diversas sentencias, expone su parecer:

«Dico igitur, in verbis seu signis contrahentium reperiri materiam et formam huius sacramenti; nam in illis reperiuntur distincta virtualiter, et traditio rei et verba, quae duo, quando contradistinguuntur inter se, sunt materia et forma in aliis sacramentis. [...]

Per haec autem non intendimus excludere ipsa corpora contrahentium omnino a materia remota illius sacramenti; solum enim quaerimus de materia proxima, quam dicimus non esse ipsa corpora,

<sup>51</sup> MARTINUS BONACINA, *Opera omnia*, Tomus tertius, *Tractatus de magno matrimonii sacramento*, Lugduni 1633, pág. 253s.

<sup>52</sup> FERDINANDUS CASTROPALAO, *Operis moralis*, Pars quarta, *De sacramentis*, Lugduni 1647, pág. 82.

sed traditionem corporum, quae aliquando fit per realem traditionem, aliquando per verba, quae tamen sunt aequivalenter res, quatenus aequivalent traditioni physicae et reali, et ut sic sunt materia proxima sacramenti»<sup>53</sup>.

Antonio de Escobar y Mendoza S.I., en su *Liber theologiae moralis*, 1644, tratado 7º, examen 9º, *Circa materiam de sacramento matrimonii*, indica brevemente:

«2. Quenam huius materia Sacramenti? Remota quidem contrahentium corpora sunt; proxima vero mutua corporum traditio.

3. Formam exprime. Forma est mutua ipsorum corporum traditorum receptio, aut acceptatio iisdem expressa signis»<sup>54</sup>.

Enrique Pirhing, S.I., en su *Ius canonicum*, 1645, t. 4º, sectio 3ª, num. 75, pág. 17, escribe:

«LXXV. Quaeritur 2. Quae sit materia et forma Sacramenti matrimonii? Varias sunt hac de re Auctorum sententiae, quibus omnibus omissis, Respondetur, materia circa quam, sive remota sunt ipsa corpora contrahentium, ut docet Henric. in Summa lib. II, c. 2, § 4, quia corpora habent se in matrimonio, sicut aqua in Baptismo, et peccata in Sacramento poenitentiae, quae sunt materia remota, nam circa corpora contrahentium versatur mutua traditio, et acceptatio. Materia vero proxima est ipsa traditio corporum; forma vero est mutua acceptatio verbis vel aliis signis expressa; sive quod fere in idem recidit, verba seu signa, quibus consensus exprimitur, sive potius ipse consensus mutuus utriusque coniugis signis externis expressus, quatenus habet rationem traditionis, est materia; quatenus vero habet rationem acceptationis, est forma, adeoque hi duo consensus utriusque coniugis sunt sibi invicem materia et forma, secundum diversas rationes, ita Sanch. lib. 2, dist. 5, n. 6, et Tunner cit. dist. 8, q. 2, n. 37»<sup>55</sup>.

Andrés de la Madre de Dios O.C.D. en el *Cursus Theologiae Moralium Collegii Salmanticensis*, Tomo 2º, 1666, tratado 9º, *De Matrimonio*, capítulo 3º, punto 3º, dubium 2º, expone su sententia:

<sup>53</sup> JOANNES DE LUGO, *Disputationes scholasticae et morales*, Tomus tertius, Parisiis, Vivès 1892, pág. 267s.

<sup>54</sup> ANTONIUS DE ESCOBAR ET MENDOZA, *Liber theologiae moralis, viginti et quattuor Societatis Iesu doctoribus reseratus*. Lugduni 1659. pág. 858.

<sup>55</sup> ENRICUS PIRHING, *Ius canonicum*, Tomus quartus, Sectio III, num. 75, Dilingae 1722, pág. 17.

«56. Datur ergo materia propria huius Sacramenti, imo duplex materia, sicut in aliis Sacramentis, scilicet materia remota, id est, circa quam, et proxima, seu ex qua, ut in Baptismo, in quo aqua est materia remota, et ablutio materia proxima. [...] Et in Matrimonio corpora contrahentium sunt materia circa quam, ipsa autem traditio materia ex qua Sacramentum componitur, ut statim dicemus. [...]

63. Respondeo igitur dicendum, quod verba utriusque coniugis ad invicem sunt materia et forma, nimirum quatenus verba unius coniugis expriment traditionem illius sunt materia, et verba alterius, ut expriment acceptionem, se habent ut forma»<sup>56</sup>.

Juan Bautista Gonet O.P., en su *Clypeus Theologiae Thomisticae*, 1662-1669, Tomo 5º, Tratado 8º, *De Sacramento Matrimonii*, Disputa 2ª, artículo 5º, expone su opinión:

«§ II. 98. Quinta igitur et probabilior sententia docet eadem verba seu signa coniugum, quibus mutuum consensum expriment, esse sibi invicem materiam et formam secundum diversas considerationes, nam quatenus per ea mutuo sua corpora in coniugium sibi invicem tradunt habent rationem materiae, in quantum vero per ea corporum traditionem sibi mutuo factam acceptant habent rationem formae»<sup>57</sup>.

Y poco antes ha admitido que

«93 [...] corpora coniugum esse materiam remotam contractus matrimonii, et circa quam velut obiectum versatur»<sup>58</sup>.

Jorge Gobat S.I., en su *Experimentalis theologia*, 1669, tratado 10º, caso 10º, expone su sentencia:

«Dico II. Materia huius Sacramenti proxima est traditio corporum mutua in ordine ad generationem prolis; forma vero est acceptatio illius traditionis manifestata aliquo signo externo»<sup>59</sup>.

Patricio Sporer O.F.M. en su *Theologia moralis*, 1700, tomo 3º, parte 4ª, capítulo 1º, sección 4ª, § 2, escribe:

<sup>56</sup> ANDREAS A MATER DEI, *Collegii Salmanticensis Cursus Theologiae Moralis*, Tomus secundus. Editio tertia. Barcinone 1693, págs. 108s.

<sup>57</sup> IOANNES BAPTISTA GONET, *Clypeus Theologiae Thomisticae*, Tomus quintus. editio tertia. Parissis 1669, pág. 538.

<sup>58</sup> *Ibid.*, pág. 537.

<sup>59</sup> GEORGIUS GOBAT, *Experientiae theologiae sive Experimentalis theologia*, Monachii 1669, pág. 958.

«350. Materia sunt corpora mutuo tradenda; forma sunt verba contrahentium consensum legitimum exprimentia. [...] Nec obstat quod corpora contrahentium non sunt materia ex qua compositionis, seu pars ipsius contractus matrimonialis ac Sacramentalis, sed solum materia circa quam versatur contractus, siquidem eadem corpora, superveniente verborum conventionione, mox incipiunt esse et permanent sacrum materiale symbolum et gratiae sanctificantis in fieri, et spiritualis coniunctionis Christi et Ecclesiae in fieri et in facto esse semper.[...] Declaro amplius.

351. II. Matrimonium ergo est Sacramentum non tantum in fieri, seu cum fit (sicut Baptismus, Confirmatio, etc, quae in actione transeunte consistunt), sed etiam est Sacramentum in facto esse, seu factum permanens, sicut Eucharistia; ac propterea, sicut Sacramentum Eucharistiae in fieri praeter formam consecrationis non habet materiam ex qua, sed tantum materiam circa quam, panem et vinum, quorum species virtute consecrationis permanentes et Christum continentes fiunt, et permanent materia ex qua Sacramenti Eucharistiae, et materiale symbolum refectionis spiritualis, ita in Sacramento matrimonii, quatenus est in fieri non est opus assignare materiam ex qua compositionis, sed corpora contrahentium, quae tunc sunt materia circa quam contractus ex vi verborum conventionis mutuae in contractu matrimoniali mox fiunt et permanent materia ex qua Sacramenti, et sacrum materiale symbolum et gratiae sanctificantis in fieri et coniunctionis Christi cum Ecclesia in fieri et facto esse; et accedente copula matrimoniali, etiam unionis Verbi Divini cum natura humana»<sup>60</sup>.

Martín Wigandt, O.P., en su *Tribunal Confessoriorum et ordinandorum*, 1703, tratado 16º, *De sacramento Matrimonii*, examen 1º, escribe:

«R/. 4. Materia proxima Sacramenti Matrimonii est mutuus consensus utriusque coniugis, sensibiliter, nimirum, verbis, nutu, aut scripto expressus, prout habet rationem traditionis; forma vero est idem mutuus consensus sensibiliter manifestatus, ut habent rationem acceptationis. [...] Dixi, materiam proximam, quia materia remota sunt corpora coniugum, quae ipsi tradunt»<sup>61</sup>.

<sup>60</sup> PATRICIUS SPÖRER, *Theologia Moralis*, Venetiis 1731, pág. 334s.

<sup>61</sup> MARTINUS WIGANDT, *Tribunal confessoriorum et ordinandorum*, Tomus secundus, Coloniae Agrippinae 1739, pág. 239.

Francisco Lárraga, O.P., en su *Promptuario de la theología moral*, 1710, Tratado 9º, escribe:

«P. Qual es la materia de este Sacramento?. R. Que es de dos maneras, próxima y remota. La remota son los cuerpos de los contrayentes con los consentimientos internos praecise de explicados. La próxima es la mutua y sensibilizada tradición de los cuerpos hábiles al Matrimonio; y la forma es la mutua aceptación sensibilizada de los cuerpos hábiles al Matrimonio. P. Por qué la promessa ha de ser materia, y la aceptación ha de ser forma? R. Porque en todos los Sacramentos la forma determina la materia, y la aceptación determina la promessa»<sup>62</sup>.

Pedro Leurenus, S.I., en su *Forum ecclesiasticum*, 1717-1720, libro 4º, título 1º, cuestión 86, expone tres sentencias de los autores sobre la materia y forma del sacramento del matrimonio. Acepta la tercera, que atribuye a Castropalao, Vázquez, Ponce,[?], Covarrubias y Hurtado; la expone así:

«3. Tertio docent [esos autores] consensum utriusque contrahentis verbis vel signis expressum esse formam matrimonii, tam in ratione contractus quam Sacramenti [...], materiam vero proximam esse traditionem et acceptationem corporum, et materiam remotam ipsa corpora; esse vero materiam, non ex qua contractus coalescat, sed circa quam versetur, et qua ipse contractus perficiatur, iuxta Concilium Florent. signanter dicens, Sacramenta omnia perfici rebus tamquam materia, et verbis tamquam forma, et tacite rationem indicans, non esse necessarium quod Sacramenta omnia intrinsece constant rebus vel verbis, cum alias dicere debuisset constare, non perfici»<sup>63</sup>.

Francisco Schmalzgrüber, S.I., en su *Ius ecclesiasticum universum*, 1717-1727, L. 4, tit. 16, n. 289, escribe:

«De materia et Forma variae sunt sententiae, ut videre est apud Sanch. l. I de Matrim. D. 5. Canonistis familiarior et expeditior opinio est illorum qui dicunt quod materia matrimonii remota, et circa quam Sacramentum istud versatur, sint ipsamet corpora coniugum, ad generationem prolis idonea, Proxima vero, et ex qua Matrimonii Sacramentum constituitur, sit eiusmodi corporum ac-

<sup>62</sup> FRANCISCO LÁRRAGA, *Promptuario de la theología moral*, Madrid 1729, pág. 98.

<sup>63</sup> PETRUS LEURENIUS, *Forum ecclesiasticum*, Augustae Vindelicorum 1737, pág. 45s.

tualis et mutua traditio et acceptatio; Forma denique utriusque in eam traditionem et acceptationem consensus, verbis vel aliis signis expressus»<sup>64</sup>.

Y aduce como prueba la comparación con un contrato de compraventa:

«Nam materia remota emptionis venditionis sunt res in eum contractum deductae; proxima, obligatio tradendi mercem pro pretio, et pretium pro merce; forma mutuus consensus in obligationem istam per verba, aut alia signa expressus. Idem autem videtur dicendum de matrimonio»<sup>65</sup>.

Marcos Struggl, O. Serv. B.M.V., en su *Theologia moralis*, 1744, Tratado 12º, *De Sacramento Matrimonii*, cuestión 2ª, artículo 4º, se pregunta:

«44. Quaeres quarto. Quenam sit materia, et quaenam forma huius Sacramenti?

Resp. ad I. Materia remota huius Sacramenti sunt corpora contrahentium, proxima vero traditio iuris ad usum coniugalem. [...]

Resp. ad 2. Forma huius Sacramenti est acceptatio mutua iuris ad usum matrimoniale, verbis vel aliis signis expressa»<sup>66</sup>.

En este autor encontramos, al parecer, por vez primera, como materia próxima la entrega «iuris ad actus coniugales» y no la entrega mutua de los cuerpos. Le siguen en esta oportuna distinción, con diversas formulaciones del mismo concepto, la mayoría de los autores posteriores.

Carlos Renato Billuart, O.P., en su *Summa S. Thomae*, 1751, parte 3º, *Tractatus de Matrimonio*, disertación 1ª, artículo 7º, expone su sentencia con estas palabras:

«Dico I. Materia remota et circa quam Sacramenti Matrimonii sunt contrahentium corpora, seu, ut alii volunt, quod perinde est, dominium mutuum in corpora in ordine ad usum coniugalem. [...]

Dico 2. Materia proxima et ex qua Sacramenti Matrimonii sunt verba contrahentium, prout expriment traditionem mutuam corporum: forma, eadem verba, prout expriment acceptationem traditionis. Eadem enim verba, scilicet, accipio te in meam, et accipio

<sup>64</sup> FRANCISCUS SCHAMALZGRUEBER, *Ius ecclesiasticum universum*, Tomus quartus, Neapoli 1738, num. 289s, pág. 43.

<sup>65</sup> *Ibid.*, num. 290.

<sup>66</sup> MARCUS STRUGGL, *Theologia moralis*, editio secunda, Pars prior, Ferrariae 1758, pág. 486.

te in meum, sic significant acceptationem ab una parte, ut etiam significant traditionem proprii corporis seu eius domini: sine enim hac mutua traditione et acceptatione non subsisteret matrimonium, et ideo eadem verba secundum diversas considerationes sunt materia et forma»<sup>67</sup>.

Tomás Holtzclau S.I. en su tratado *De matrimonii sacramento*, 1766, publicado en la *Theologia dogmatica, polemica, scholastica et moralis*, de los profesores jesuitas de la universidad de Würzburg, los Wirceburgenses, en el artículo 5º, se pregunta:

«Quae sit materia et forma sacramenti matrimonii?. [...]»

319. Dico II. Corpora contrahentium, seu ut aliis dicere placet, ius vel dominium in corpora in ordine ad usum coniugalem, sunt materia remota et circa quam; non proxima et ex qua. [...]

320. Dico III. Materia proxima huius sacramenti et forma sunt ipsi contrahentium actus, quibus sibi mutuo corpora, vel mutuum in ea dominium in ordine ad coniugalem usum tradunt, et traditionem acceptant. Materia est traditio; forma, eius acceptatio; utraque dicens et consensum internum et externum expressionem»<sup>68</sup>.

San Alfonso M<sup>a</sup> de Ligorio en el libro 6º de su *Theologia Moralís*, Roma 1767, Tratado VI, *De Matrimonio*, capítulo 2º, dubium 1º, dice que se adhiere con preferencia a la sentencia que sostienen, entre otros, Basilio Ponce [?]; estas son sus palabras:

«880 [...] Secunda sententia, cui magis adhaereo, et quam tradunt S. Antoninus, Petrocorensis, Frassen, Abelly, Holzmann, Laymann cum Paludano et Petro Soto, ac Pontius [?] cum S. Bonaventura, Gersonio, Vasquez, Adriano, Comitolo et aliis, dicit materiam remotam huius sacramenti esse corpora contrahentium mutuo tradenda, sive jus mutuum in corpus alterius; materiam proximam esse ipsam traditionem juris in corpora, factam per verba seu signa consensum exprimentia; formam vero esse mutuam acceptationem, verbis aut signis expressam [...].»

Quod autem materia remota sint corpora contrahentium, et proxima sit ipsa corporum traditio sic probatur. Hoc sacramentum,

<sup>67</sup> CARLOS RENATO BILLUART, *Summa S. Thomae*, Tertia pars, Venetiis 1778, pág. 533.

<sup>68</sup> THOMAS HOLTZCLAU, *Tractatus de ordine et matrimonio*, en *Theologia dogmatica, polemica, scholastica et moralis*, editio altera, Tomus quintus, Lutetiae Parisiorum 1854, pág. 508.

iuxta communem sententiam habet rationem contractus. Sicut igitur in aliis contractibus res sunt materia remota, consensus expressus per verba est forma, et traditio rei est materia proxima contractus, nempe applicatio formae ad materiam remotam, ita in matrimonio corpora (sive jus in corpora) sunt materia remota, consensus expressus per verba est forma, ipsa autem traditio juris in corpora est materia proxima, quae fit per applicationem formae ad materiam remotam, nempe ad jus quod transfertur»<sup>69</sup>.

### B. Autores que aceptan la sentencia en su formulación breve.

Algunos autores admiten la sentencia según la fórmula de Francisco Suárez, que no alude a la materia remota del sacramento; quizás porque exponen, como Suárez, en pocas palabras lo esencial de la sentencia que propugnan. Son, entre otros, los siguientes autores:

Hermann Busenbaum, S.I., en el libro 6º de su *Medulla Theologiae moralis*, 1650, Tratado 6º, *De Matrimonio*, capítulo 2º, duda 1ª, se pregunta:

«Quid sit, quae eius materia, forma et minister? [...] Materia ex qua et proxima est mutuus consensus, verbis vel signis expressus, quatenus habet rationem traditionis. Forma autem est idem consensus, quatenus habet rationem acceptationis»<sup>70</sup>.

y cita a Suárez, Sánchez y Vázquez.

Tomás Tamburini, S.I., en su *Iuris divini, naturalis et ecclesiastici moralis expositio*, 1661, Libro 5º, *De sacramentis*, tratado 5º, *De Matrimonio ut est Sacramentum*, capítulo 1º, expone brevemente la sentencia de Tomás Sánchez y añade: «Haec Sanch., cui libens acquiesco»<sup>71</sup>.

Por esta misma razón de ser un breve resumen de la cuestión, Benedicto XIV en su Constitución *Paucis abhinc*, de 19 de marzo de 1758, como opinión generalizada, indica la parte común de las sentencias de los autores que acabamos de citar:

<sup>69</sup> SANCTUS ALPHONSUS MARIA DE LIGORIO, *Opera moralia*, Tomus quartus, Romae, Typis Polyglottis Vaticanis 1912, pág. 60.

<sup>70</sup> HERMAN BUSENBAUM, *Medulla Theologiae Moral*, Matriti 1675, pág. 551s.

<sup>71</sup> THOMAS TAMBURINI, *Iuris divini, naturalis et ecclesiastici moralis expositio*, Panormi 1661, pág. 332.

«11. Dubitatur primo utrum Ecclesia abrogare posset clandestina coniugia, propterea quod legitimus contractus, materia insimul ac forma est Sacramenti matrimonii; mutua nempe ac legitima corporum traditio, verbis ac nutibus interiorem animi exprimentibus, materia, et mutua pariter ac legitima corporum acceptatio, forma»<sup>72</sup>.

### C. Autores que propugnan otra sentencia diversa.

Pero hay que mencionar también otros autores, que ponen la forma del sacramento del matrimonio en las palabras que pronuncia el sacerdote que asiste al matrimonio. Por ejemplo:

Honorato Tournely, en sus *Praelectiones theologicae*, 1730, tomo 12º, cuestión 3ª, artículo 1º, después de discutir las sentencias contrarias expone como conclusión:

«Conclusio. Materia Sacramenti Matrimonii sunt actus contrahentium; forma vero verba quibus Sacerdos in Matrimonium coniungit.

Prima pars probatur [...] Secundo, quia ratio materiae his actibus recte adscribitur, qui cum ex se indifferentes sint et indeterminati, ut sint Sacramentum, determinantur per verba Sacerdotis, tamquam per formam ad rationem et effectum Sacramenti»<sup>73</sup>.

Daniel Concina O.P. en su *Theologia christiana dogmatico-moralis*, 1749-1751, tomo 10º, libro 2º, *De magno matrimonii sacramento*, disertación 1ª, capítulo 5º, escribe:

«II. Plusquam septem theologorum opiniones recensere possem in designanda materia et forma matrimonii; sed, his missis, sententiam seligo quam docet S. Thomas in Suppl. quaest. XLII, art. I, ad 2. Est autem huiusmodi: Materia sacramenti matrimonii sunt actus contrahentium.

IV. Quenam vero sit istius sacramenti forma, non adeo mihi compertum est. In illis enim verbis reponenda forma huius sacramenti videtur quae actus contrahentium determinant, ut sacramentum fiat, eiusque effectum primum expriment. Talia autem esse videntur verba Sacerdotis, contrahentes coniungentis in

<sup>72</sup> *Codicis Iuris Canonici Fontes*, cura EMI. PETRI CARD. GASPARRI editi, Volumen II, Romae, Typis Polyglottis Vaticanis 1928, pág. 575.

<sup>73</sup> HONORATIS TOURNELY, *Praelectiones theologicae de sacramento matrimonii*, Tomus duodecimus, Neapoli 1765, pág. 56.

matrimonium. Quae sane sententia menti Concilii Tridentini, sess. XXIV, cap. I, de refor. accedere videtur. Oppositum tamen propugnant plures gravesque Theologi, nempe ipsa verba contrahentium formam esse huiusce sacramenti»<sup>74</sup>.

Eusebio Amort en su *Theologia eclectica moralis et scholastica*, 1753, tomo 3º, *Tractatus de Sacramento Matrimonii*, § 2º, se pregunta: «Quaritur 4. Quenam sit materia huius sacramenti?. Respondeo: Materia huius Sacramenti est contractus civilis inter marem et foeminam ad individuum vitae societatem ac per se ex genere suo etiam ad generationem prolis ordinatus.

Quaritur 5. Quenam sit forma huius Sacramenti?. Respondeo: Forma huius Sacramenti sunt illa verba, quibus Minister Ecclesiae nomine seu autoritate Christi contractum civilem contrahentium confirmat, sicque ipso facto eos subiicit unioni Christi ad Ecclesiam, operativae gratiae. Hanc formam Concilium Tridentinum insinuat Sess. 24, C. 1, ubi ait: Si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae procedatur, ubi Parochus viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, vel aliis utatur verbis iuxta receptum uniuscuiusque provinciae ritum»<sup>75</sup>.

### *En los siglos XIX y XX.*

En los siglos XIX y XX la mayoría de los autores siguen la sentencia más común; citaremos algunos de los más renombrados que escribieron antes de la promulgación del Código de Derecho Canónico, 1917.

Fr. Marcos de Santa Teresa O.C.D. en el *Compendio moral salmanticense*, 1805, tomo 2º, tratado 34º, *Del Matrimonio*, capítulo 2º, punto 2º, dice:

«P. ¿Qual es la materia y forma del sacramento del matrimonio? R. Que la materia es de dos maneras, remota y próxima. La remota son los mismos contrayentes hábiles para la generación o sus cuerpos. La próxima son las palabras en quanto significan la mutua

<sup>74</sup> DANIEL CONCINA, *Theologia christiana dogmatico-moralis*, Tomus decimus, Romae 1751, pág. 191.

<sup>75</sup> EUSEBIUS AMORT, *Theologia eclectica moralis et scholastica*, Tomus Tertius, Bononiae 1753, pág. 529.

entrega de estos. La forma son las mismas palabras en quanto significan su mutua aceptación»<sup>76</sup>.

Pedro Scavini O.F.M.Conv., en su *Theologia moralis universalis*, 1841, tomo 2º, tratado 12º, *De sacramento matrimonii*, disputa 1ª, capítulo 2º, artículo 2º, escoge como sentencia propia:

«Nos tamen adhaeremus ss. Antonino et Bonaventurae, qui docent materiam remotam esse corpora contrahentium mutuo sibi invicem tradenda, sive ius mutuuum in corpus alterius; proximam esse ipsam actualem traditionem iuris in corpora factam per verba seu signa consensum exprimentia; formam vero esse mutuam acceptationem verbis aut signis expressam»<sup>77</sup>.

Juan Perrone en sus *Praelectiones theologicae*, 1842, tomo 2º, *Tractatus de matrimonio*, capítulo 1º, expone así la sentencia que juzga más fundada:

«35. [...] Quod si ministri Matrimonii dicuntur ipsi contrahentes, materia et forma, iuxta magis receptam apud huius patronos opinionem, erit utriusque contrahentis consensus verbis seu signis expressus, licet sub diverso respectu: materia, scilicet prout consensus significat corporum traditionem, forma, prout significat mutuam eorumdem acceptationem»<sup>78</sup>.

Juan Pedro Gury S.I., en su *Compendium theologiae moralis*, 1850, tomo 2º, *Tractatus de Matrimonio*, capítulo 4º, escribe:

«578. I. Materia remota sacramenti matrimonii sunt corpora sponsorum in contractu matrimonii invicem tradenda.

Materia autem proxima est traditio ipsa corporum, quae per verba aut signa consensum exprimentia perficitur. Sic communiter theologo. [...]

II. Forma consistit in mutua acceptatione contrahentium verbis aut signis expressa. Ita pariter communius»<sup>79</sup>.

<sup>76</sup> FR. MARCOS DE SANTA TERESA O.C.D., *Compendio moral salmanticense*, Tomo II, Segunda edición. Madrid 1808. pág. 317.

<sup>77</sup> PETRUS SCAVINI, *Theologia moralis universalis*, Tomus secundus, ed. 3ª, Barcinone 1852, pág. 563.

<sup>78</sup> JOANNES PERRONE. *Praelectiones theologicae*. Tomus posterior. Parisiis 1842, col. 542.

<sup>79</sup> JOANNES PETRUS GURY S.I., *Compendium theologiae moralis*, Lugduni-Parisiis 1851, pág. 343s.

Refiere luego la sentencia según la cual la forma consiste en las palabras del sacerdote; «Ita Collet et alii», añade<sup>80</sup>.

En 1889 se publicó el tratado *Antonii Ballerini S.I., Opus theologicum morale in Busembaum medulla, absolvit et edidit* Dominicus Palmieri S.I. El volumen 6º contiene la sección 8ª, *De matrimonio*, del tratado 10º, *De Sacramentis*. Respecto a la materia y forma del sacramento del matrimonio se atiene a la sentencia que propone Benedicto XIV en su Constitución «Paucis abhinc», de 19 de marzo de 1758, que ya conocemos<sup>81</sup>.

Miguel Rosset en su amplio tratado *De Sacramento matrimonii*, 1895, tomo 1º, artículo 2º, párrafo 3º, sección 2ª, citando los autores que han propuesto esa sentencia, dice:

«358. [...] utriusque contrahentium consensum, verbis aut signis expressum, esse materiam simul et formam, sed sub diversa consideratione; est enim materia quatenus significat corporum traditionem; est forma quatenus mutuam exhibet eorumdem acceptationem. Materiam vero remotam reponunt in corporibus in ordine ad copulam carnalem»<sup>82</sup>.

Pedro Gasparri en su *Tractatus canonicus de matrimonio*, 1904, Volumen 1º, capítulo 1º, nº 33, expone su preferencia por la opinión que cita Benedicto XIV:

«33. Deinde theologi valde haerent in materia et forma determinanda. Certe cum ipse contractus validus sit sacramentum, necesse omnino est materiam et formam sacramenti in ipsomet contractu valido reperiri. At vero postea DD. minime inter se conveniunt in quonam reponenda sint. Praeferimus illos qui dicunt materiam esse mutuam corporum traditionem, formam esse mutuam corporum acceptationem, et utramque in verbis, signis, nutibus, consensum matrimonialem exprimentibus, contineri sub alia et alia ratione; nam acceptatione completur contractus et ideo sacramentum, et proinde verificatur illud: accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum»<sup>83</sup>.

<sup>80</sup> *Ibid.*, pág. 344.

<sup>81</sup> *Antonii Ballerini S.I., Opus theologicum morale in Busembaum medulla, absolvit et edidit* DOMINICUS PALMIERI S.I., volumen 6º, tratado 10º, *De Sacramentis*, sección 8ª, *De matrimonio*, Prati 1892, pág. 173.

<sup>82</sup> MICHAEL ROSSET, *De sacramento matrimonii*, Tomus I, 1895, pág. 291.

<sup>83</sup> PETRUS GASPARRI, *Tractatus canonicus de matrimonio*, Volumen primum, Editio tertia, Parisiis 1904, pág. 23.

Y a continuación transcribe las palabras de Benedicto XIV que hemos citado en el apartado anterior.

Francisco Javier Wernz en su *Ius decretalium*, 1904, tomo 4º, título 1º, se adhiere también a esa sentencia más común:

«Omissis aliis sententiis recte materia sive elementum indeterminatum in sacramento matrimonii dicitur consensus ut mutuam contrahentium traditionem iuris in corpora continet, forma vero sive elementum determinans est acceptatio mutua illius traditionis per contrahentes eodem consensu matrimoniali expressa»<sup>84</sup>.

Como vemos, determina que la entrega mutua de los cónyuges se refiere al «ius in corpora», como habían propuesto, dos siglos antes Struggl, Billuart, Amort, y San Alfonso M<sup>a</sup> de Ligorio.

El Código de Derecho Canónico promulgado en 1917, indica también en el canon 1081 § 2 como objeto del consentimiento matrimonial el «ius in corpus, perpetuum et exclusivum, in ordine ad actus per se aptos ad proliis generationem»; consiguientemente los comentadores del Código dirán que su entrega y aceptación son la materia y forma del sacramento del matrimonio.

Por el contrario, el Código de Derecho Canónico, vigente desde 1983 indica en el canon 1057 § 2 como objeto del consentimiento matrimonial la entrega y aceptación mutua e irrevocable de los contrayentes, del varón y de la mujer. Dice así:

«§ 2. Consensus matrimonialis est actus voluntatis quo vir et mulier foedere irrevocabili sese mutuo tradunt et accipiunt ad constituendum matrimonium».

Por tanto, ya no se puede decir que la materia y forma del sacramento del matrimonio son la entrega y la aceptación de un derecho a los actos sexuales, sino la entrega y aceptación de toda la persona del uno y otro contrayente; y la materia remota no son los cuerpos de los contrayentes, sino la total persona de ellos.

El Código de Cánones de las Iglesias Orientales en el canon 817 § 1 reproduce el canon citado, 1057 § 2, del Código de las Iglesias latinas.

---

<sup>84</sup> FRANCISCUS XAV. WERNZ, *Ius decretalium*, Tomus IV, num. 47, Prati 1911, pág. 66.

## 2. Separabilidad entre el sacramento y el contrato.

### a. Opinión de Basilio Ponce favorable a la separabilidad

Basilio Ponce expone en el capítulo 9º su opinión favorable a la separabilidad del sacramento y del contrato en el matrimonio con estas palabras:

«1. Ex doctrina capite praecedentis cum constet contrahentes esse ministros huius sacramenti, et sacramenta omnia, ut definivit Eugenius Quartus in praedicto decreto, perficiantur intentione ministri, facile colligitur in ipsis contrahentibus debere esse intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Ad eam autem habendam satis erit, si contrahere velint iuxta communem morem, secundum quam vident fideles alios in Ecclesia contrahere. Quare, si neque confuse haberent eam intentionem, nec celebrandi matrimonium tamquam rem sacram, sed tantum ut contractum, revera non esset sacramentum ex defectu intentionis necessariae in ministro»<sup>85</sup>.

Se propone enseguida una posible primera consecuencia, que deducen los autores más prestigiosos de su tiempo: si se excluye en el matrimonio el carácter sacramental, ese consentimiento matrimonial no vale tampoco como contrato matrimonial.

«2. Sed hinc exoritur prima dubitatio, an scilicet matrimonium ea intentione contractum, esto non esset sacramentum, valeat tamen in ratione contractus. Nonnulli negant, inter quos Petrus Ledesma de matrimonio, quaest. 42, art. 1, dub. 7, in solut. ad primum et ad secundum; quem sequitur Thomas Sánchez lib. 2, disp. 10, num 6; idem olim sensit supplem. Gabrielis in 4, dist. 27, quaest. 1, art. 3, dub. 2; novissime Aegidius Koninc disp. 24, dub. 1, conclus. 4. Quorum fundamentum est, quia ex Christi institutione inseparabilis est ratio sacramenti a contractu matrimonii; unde intentio non conficiendi sacramentum repugnat intentioni legitime conficiendi matrimonium, quatenus est contractus; sicut e contra, qui intenderet facere sacramentum, et non contractum, nihil efficeret; quia ex Christi institutione haec duo sunt inseparabiliter coniuncta et se mutuo ponunt et destruunt»<sup>86</sup>.

<sup>85</sup> BASILIUS PONTIUS, *De sacramento matrimonii*, Salmanticae 1624, cap. 9, pág. 29s.

<sup>86</sup> BASILIUS PONTIUS, *De sacramento matrimonii*, Salmanticae 1624, cap. 9, pág. 30.

b. *Autores contrarios a la separabilidad, citados por Basilio Ponce.*

Cita Basilio Ponce en el texto anterior entre los autores que no admiten la separabilidad del sacramento y del contrato, en primer lugar, a Pedro de Ledesma; en efecto, en su *Tractatus de Matrimonii Sacramento*, 1592, en el lugar citado, cuestión 42, artículo 1º, dubio 7º, in solut. ad primum et secundum, dice:

«Secunda sententia est longe probabilior et magis conformis usui ecclesiae; itaque omne matrimonium, quod inter fideles baptizatos habet veram rationem contractus, habet etiam veram rationem sacramenti; et hoc docet D. Thom. in locis citatis et hanc sententiam sequuntur communiter discipuli D. Tho.»<sup>87</sup>.

El mismo Pedro de Ledesma seis años después en sus *Adiciones a la primera parte de la Summa* [de Sacramentos], 1598, tatando del matrimonio por procurador, escribe:

«Digo lo segundo, que es muy probable y casi cierto, que todo contrato de matrimonio tiene verdadera razón de sacramento, aunque se haga en ausencia y por procuradores. Esto enseña Sancto Thomas y comúnmente sus discípulos; particularmente el Maestro Soto. Esta sentencia tiene Covarrubias, Palacios y Navarro, y comúnmente los Doctores. La razón de esta sentencia es, porque Cristo nuestro Señor en la ley evangélica no hizo más que levantar la razón del contrato natural de matrimonio a sacramento; luego todo contrato de matrimonio tiene verdadera razón de sacramento»<sup>88</sup>.

Cita Basilio Ponce también a Tomás Sánchez que en su tratado *De sancto matrimonii sacramento*, libro 2º, disputa 10ª, número 6, enuncia así la cuestión:

«6. Tandem dubitatur, an fideles contrahentes matrimonium, possint ab eo ex intentione separare rationem sacramenti, si intendant verum inire matrimonium, ita tamen ut sacramentum non sit?»<sup>89</sup>.

---

<sup>87</sup> PETRUS LEDESMA, *Tractatus de magno matrimonii sacramento*. Salmanticae 1592, pág. 61.

<sup>88</sup> PEDRO DE LEDESMA, *Adiciones a la primera parte de la Summa* [de Sacramentos], Salamanca 1601, pág. 22.

<sup>89</sup> THOMAS SANCHEZ, *Disputationum de sancto matrimonii sacramento*, Tomus primus, Genvae, 1602, pág. 261.

Expone el caso de que esa intención proceda de un error del contratante, que el matrimonio no es sacramento; luego prosigue:

«si autem ea voluntas sit vera intentio separandi, quantum in ipsis est, rationem sacramenti a matrimonio, et celebrandi merum contractum naturalem, dicendum est non esse sacramentum defectu intentionis [...]. Clare colligitur [matrimonium in ratione contractus] non esse validum [...], quia ex Christi institutione inseparabile est a contractu matrimonii esse sacramentum, unde intentio non conficiendi sacramentum repugnat intentioni legitimae faciendi matrimonium, ut est contractus; sicut e contra, qui intenderet facere sacramentum, non autem contractum, nihil efficeret; quia ex Christi institutione haec duo sunt inseparabiliter coniuncta, et mutuo se ponunt ac destruunt»<sup>90</sup>.

Tomás Sánchez cita a Francisco Suárez como contrario a la separabilidad del contrato y sacramento; pero su opinión no parece muy determinada. Dice Suárez en su tratado de Sacramentis, 1595, t. 1º, q. 64, art. 10, disp. 13, sect. 2ª, ad finem:

«Atque hinc colligi potest quid dicendum sit in illo casu de matrimonio, si contrahentes, cum sint baptizati, velint facere contractum, non tamen sacramentum. [...] Si autem illa voluntas re vera sit proprie intentio et affectus separandi, quatenus in ipsis est, rationem sacramenti a ratione contractus, vel ut matrimonium non sit indissolubile, vel propter aliam similem ineptam rationem, tunc revera non fieret sacramentum, quia deest necessaria intentio. An vero validum esset tale matrimonium in ratione contractus, alterius est considerationis. Quicquid ergo circa hoc dicatur, probatur illud primum, quia vel ratio contractus est in re ipsa separabilis a ratione sacramenti inter tales contrahentes, et sic, cum ipsi intendunt illa duo separare, et utrumque pendeat ex eorum intentione, nihil obstat quominus re ipsa separentur; aut non possunt in re separari post Christi institutionem, et tunc valor contractus pendet intrinsece ex sacramento; comparatur enim ad illud, ut effectus ad causam, seu ut res ad sacramentum; ergo oportet ut intentio sacramenti ante omnia praecedat, alioqui nihil fiet, sicut dicebamus de intentione baptismi et effectus eius»<sup>91</sup>.

<sup>90</sup> *Ibid.*

<sup>91</sup> FRANCISCUS SUÁREZ, *Opera omnia*, tom. 20. Vivès. Paris 1860, pág. 248s.

La cita de Gabriel que hace en tercer lugar Basilio Ponce se refiere a la obra de Wendelinus Heimbach o Stambach, *Supplementum Commentariorum Magistri Gabrielis Biel in Quartum Librum Sententiarum*, 1520, distinción 27<sup>a</sup>, cuestión 1<sup>a</sup>, ad art. 3, Dubium 2, dice, de paso:

«et ex consequenti dicitur quod in quolibet contractu [matrimoniali] pro lege evangelica comitatur sacramentum»<sup>92</sup>.

Egidio Coninck, el cuarto autor citado por Basilio Ponce, dice en la primera edición de su tratado *De Sacramentis ac de censuris*, 1616, disputa 24, duda 2<sup>a</sup> (no en la 1<sup>a</sup>), conclusión 4<sup>a</sup>:

«22. Concl. IV. Numquam inter baptizatos potest iniri matrimonium sine Sacramento, quia Christus illum contractum immediate inter baptizatos ad esse Sacramenti elevavit; atque ita haec inseparabiliter coniunxit, ut separari nullo modo possint»<sup>93</sup>.

*c. Autores, citados por Basilio Ponce, que propugnan la separabilidad.*

Basilio Ponce, por el contrario, juzga más probable la separabilidad del sacramento y del contrato en el matrimonio:

«3. Verum probabilius existimo in eo casu valere matrimonium in ratione contractus, et separari a ratione sacramenti»<sup>94</sup>.

En favor de su opinión cita ante todo a Escoto, y más adelante a sus coetáneos Rebello y Gabriel Vázquez:

«Sic docuit Scotus in 4. dist. 26, quaest. unica, § Sed qualiter [...], Ferdinandus Rebellus tom. 1 de obligat. iustit. part. 2, lib. 2, quaest. 5, conclusione 1, ubi dicit esse hanc sententiam Doctorum omnium. Idem docet Gabr. Vázquez 2 to. in 3 p. disp. 138, cap. 5 in principio»<sup>95</sup>.

En el texto de Escoto citado por Ponce no parece que propugne directamente la separabilidad del sacramento y el contrato en el

<sup>92</sup> WENDELINUS STAMBACH, *Supplementum Commentariorum Magistri Gabrielis Biel in Quartum Librum Sententiarum*. Brixiae 1574, pág. 149.

<sup>93</sup> AEGIDIUS DE CONINCK, *Commentariorum ac disputationum in universam doctrinam D. Thomae De Sacramentis et censuris, Tomus secundus*, Disputatio 24, *De essentia matrimonii*, Dubium 2, Antverpiae 1616, pág. 730.

<sup>94</sup> BASILIUS PONTIUS, *De sacramento matrimonii*, Salmanticae 1624, cap. 9, pág. 30.

<sup>95</sup> *Ibid.*

matrimonio, sino que la supone al tratar de una hipotética restricción de la forma sacramental a un signo determinado, y a unos determinados ministros; en tal caso admite como consecuencia esa separabilidad:

«Si autem restringendo formam ad certum signum et ad ministros determinatos, oporteat consequenter dicere quod non omnes contrahentes in lege Christiana recipiunt Sacramentum [...]»<sup>96</sup>.

El comentario de Antonio Hiquaei, reproducido en la edición Vivès, que citamos, da a estas palabras de Escoto la misma interpretación que proponemos:

«Respondet juxta sententiam quae asserit ad Sacramentum requiri consensum expressum per ipsos contrahentes, hoc dato, saepius contingere contractum sine Sacramento»<sup>97</sup>.

Fernando Rebello, tomo 1<sup>o</sup>, *De obligationibus iustitiae*, 1608, parte 2<sup>a</sup>, libro 2<sup>o</sup>, cuestión 5<sup>a</sup>, conclusión 1<sup>a</sup>, dice así:

«Matrimonium ratione contractus, etiam inter christianos, separabile est a ratione sacramenti, ita ut validum sit censendum interdum, etiam si non habeat rationem Sacramenti legis novae, in eo saltem eventu in quo contrahentes nec formalem nec virtualement intentionem habeant faciendi quod Ecclesia, hoc est, quando nec expresse, nec implicite intendunt assumere contractum matrimonii tanquam peculiare quoddam signum practicum rei sacrae. [...] Quod vero talis contractus in ratione contractus naturalis ac civilis persistat validus, etiam seclusa ab eo ratione sacramenti novae legis (quamvis negat Thomas Sánchez, lib. 2 de sponsalibus, disput 10, nu. 6, cum Suárez et Petro Ledesma, quos citat) multipliciter tamen confirmatur; primo quia nullum exstat ius, nec Doctores asserentes in proposito casu contractum esse invalidum, nisi fallor, praeter unum Sánchez, lib. 2 de Matrimonio, tom. 1, disput. 10, num. 6, ex eo fundamento, quod ponit, sed non probat nec probare potest, Christum Dominum instituisse ut inter fideles non esset validus absque ratione sacramenti»<sup>98</sup>.

La cita de Gabriel Vázquez, In 3<sup>a</sup> p., Tom. 2, q. 64, d. 136, cap. 5, 1620, que hace Basilio Ponce, es la siguiente:

